

1547 [= 2586] Puteolana fortasse, v. ad n. 1546. Neapoli in museo Pichetto [intellegitur Franciscus Antonius Picchiatti regius architectus: p. 188 c. XXIII] FABRETTI. Iam Matrili in bibliotheca nationali. — Ad Termoli oppidum quod ipsi est Interamnia Frentana, transtulit POLLID. fraude.

serpens aeneus iacens litteris singillatim adferruminatis

ASCLEPIO ET SALVTI SACRVM EX VOTO CALLISTVS · D ·

Recognovit Huebner, qui edidit *antike Bildwerke in Madrid* p. 208 n. 466. Fabretti 689, 109, unde traxit Pollidorus Frent. antiq. ms. f. 420.

ASCVLAPIO Poll. — CALLIXTVS Fabr., CALLIXTVS Poll.

1549 [= 2588] basis marmorea. Neapoli in cuiusdam marmorarii taberna pro S. Mariae Annuntiatae foribus.

C · AVILLIVS · DECEMBER
REDEMPTOR · MARMORARIVS

BONAE · DIAE

CVM · VELLIA · CINNAMIDE · CON

laurus 5

V · S · L · M

laurus

CLAVDIO · AVG · L

PHILADESPOTO · SACERDOTE · POSITA

DEDICATA · VI · KAL · NOVEMBRIS

Q · IVNIO · MARVILLO · COS p. C. 62

Giordanus ms. qui vidit (inde Gervasio *iscr. Nap.* p. 32). Henzen 5725.

7 PHILADESPOTO traditur. — Consulem nominat Tacitus ann. 14, 48; cf. de eo Borghe-sius apud Gervasium l. c. = opp. 4, 392, qui alterius consulis nomen credit periisse.

1550 [= 2587] Paesto tribuit Henzenus, quoniam Bonam mentem ibi aedem habuisse constat (v. n. 472); sed potest item Puteolis adiudicari. Neapoli apud Accium Sincerum [Sannazarum] patricium Neapolitanum et poetam egregium IVC.

CN · CORNELIVS · CN · L · PAPIA

L · GALONIVS · L · L · AGATHOCL

MAG · BONAE · MENTI

D · S · FAC · COER

Servavit Iucundus f. 124. Inde Augustinus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 331 inter Iucundiana Gulielmi et Mur. 90, 1 per Gorium. Est in vol. 1 n. 1237 et apud Orellium 1819.

2 AGATOCL Mur. errore.

1551 lata 7'', alta 12''. Piano di Quarto supra Puteolos in massa Carannante.

C O N C O R D I A E

S A C R V M

P · P · AVI · GALLINAT

ET · CELER

5 A V G V S T A L E S

Ex schedis Steinbüchelii.

1552 [= 2461] Puteolis rep. prope forum 'nella creduta dogana antica'.

D I I S I M M O R T A

L I B V S D E A B V S

Q V E O M N I B V S

S A C R V M

5 T · AVREL · PROTO

GENES ·

Iorio ms. I. B. 46 et *guida di Pozzuoli* tab. II n. 7 cf. p. 57. 61. Inde Orelli 2125.

1553 [= 2471] rep. prope Puteolos in agro Scipionis Loffredi, qui antiquis monumentis abundat.

SANCTISSIMO · DEO · PATRI

EX · VOTO · CONSVMMAVIT

IVLIVS · SECVNDVS · FAONIVS

Capacc. hist. Put. p. 26, hist. Neap. I. II c. 24 p. 729; ex eo Reines. 1, 65 et Romanelli *viaggio* 2, 249. Orelli 1489*.

Versuum divisio incerta. — 1 PATRI Cap.; correxi ex n. 1881 et 3704.

Deus patrius quamquam Cumis quoque diem festum habuit natalem suum III id. Ian. (n. 3704), sub eodem nomine etiam genius coloniae Puteolanae celebratus est, si quidem titulus n. 1881 *sacerdotis d(ei) p(atris)* emersit una cum aliis certo Puteolanis ipsique ei genio dedicatis. Itaque n. 1881, in quo memoratur *dies pervigilii dei patrii pr. idus Febr.* (= Febr. 12), alteri utri coloniae recte attribuitur. Ludi Iovi o. m. et genio coloniae facti a. d. XIII. XII k. Mart. (= Febr. 17. 18), quorum meminit n. 1574, omnino sunt Puteolani.

1555 [= 2589] Neapoli in domo magnifici comitis de Matalona in ore cuiusdam putei IVC.; similiter AVG. METELL. In domo Caraffae GRVT. STEPH., quod eodem redit. *Nel palazzo detto il Cavallo di bronzo* CRISTOF. Nunc est in Anglia apud equitem C. Smith Barry.

Helena sedens, cui Venus adsidens ostendit
Paridem a Cupidine adductum; pone Helenam
Musae tres concinentes

GRAECEIA · P · F · RVFA · POMPON · DIANA · LOCH · S · P · S · C · P · S

Iucundus f. 110 (inde per Gorium Mur. 35, 7); Augustinus cod. 3540 f. 4, cod. 3528 f. 20 (inde Metellus cod. Vat. 6039 f. 333 'Simon Vallambertus ex Iucundianis Gulielmi'; Apianus 109, 15; Grut. 884, 15 ex Ap.); Accursius II n. 29; Metellus cod. Vat. 6039 f. 359' a Morillonio, f. 364 d' ex Sim. Vallamberto; Giordanus ms. (inde Grimaldi ann. VI p. 42); Grut. 1011, 3 'vidit Scultetus'; Stephanonius p. 125; Scipio de Cristoforo apud Mazochium syll. ms.; (Orlando) *le nozze de Paride ed Elena* (Romae 1775) q. n. v.; *specimens of ancient sculpture* II 16 q. n. v. (repetivit inde O. Müller *Denkmäler alter Kunst* II, 27, 295). Orelli 1450 = 4712.

Litterae uno versu circulo scriptae sunt per totum vasculum; unde alii aliis locis initium legendi fecerunt, ego (cum Accursio et Morillonio) a figura Helenae. — GRAECEIA Iuc. Aug. Acc. Crist., GRAECEIA Vall., GRAECHA Steph., GRAECIA Mor., GINECEIA Scult., CRAE. IA Müller, om. Giord. — P·F om. Giord. — PONPON Steph., POMP Vall., POMPONIA Scult. Giord. — DIANA Scult., DIANA Steph. — LOCH plerique, LOCH Aug. Vall. Giord. — C·P·S]C·D·S Scult. — Anaglyphum repraesentant Orlando l. c. et *specimens* l. c.; egit de eo Otto Iahn *Peitho* (Gryphiswaldiae 1846) p. 21 et in actis minoribus soc. Lips. 3 p. 184 seq. Accursius describit sic: *marmo tondo che serve per bocal del pozzo, con doj donne a sedere, e doj, l'una delle quali suona la lira, l'altra doj pifare, et un putto nudo alato, per mano di un uomo nudo con un manto ributtato in dietro.*

De Diana Lochia vix cogitari potest. Litterae quoque quae sequuntur singulares parum certae explicationis sunt.

1548 Pianurae prope Puteolos in coemeterio.

BONAE · D
SACRV

Scherillo descripsit.

1554 [= 7258] columna parva cylindri forma. Bais rep. FIOR. Neapoli antea apud Fuscum, nunc in museo.

ET · LEONTO

X A S M A D E

AE · D · DASYR ·

POSVER

Recognovi et emendavi. Fusco n. 2; Minervini *inscr. mus. Borb.* p. 137 suppl. n. 5; Fiorelli cat. n. 664.

1 λεοντόχασμα, ut observavit Minervinius, est protome leonina unde aqua salit (v. lex.). — 3 DASYR (DISYR editores) certum est nec punctum adest inter litteras has. Elementa DA cum videantur deleta esse, id non a quadratario factum esse iudico, sed postea, nam alibi quoque in lapide cernuntur similia instrumenti acuti vestigia. Numen redit in urbana vol. VI n. 115: P. Acilius Felix d(eae) d(ominae?) *Diasur[?]ae cum suis*. Dea Syria vulgari sermone Deasuria vel Dasuria videtur dicta esse, itaque oblii originis deae appellationem rursus praeponebant.